u

quam scandalum veniat. Si autem manus
tua et pes tuus scandalizat te abscide
eum et proice abs te. Bonum est tibi ad
vitam ingredi debilem vel claudum quam
duas manus vel duos pedes habentem
mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus
scandalizat te, erue eum et proice
abs te. Bonum est tibi unum oculum habentem
in vitam intrare quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis. Videte ne con-
temnatis unum ex his pusillis. Dico
enim vobis quia angeli eorum in celis
semper vident faciem patris mei qui in ce-
lis est. Off. Stetit angelus iuxta aram tem-
pli habens thuribulum aureum in manu sua et data
sunt ei incensa multa et ascendit fumus aroma-
tum in conspectu dei. Secr. Hostias tibi
domine laudis offerimus suppliciter de-
precantes ut easdem angelico pro nobis
interveniente suffragio et placatus accipi-
as et ad salutem nostram provenire concedas

T

Ps. Bndi Benedicite omnes angeli domini dominum
ymnum dicite et superexaltate eum in secula. Cpl.
Beati archangeli tui michaelis
intercessione suffulti: Supplices te domine depre
camur: ut quem honore prosequimur:
contingamus et mente. Per. Officium de sancto
Heinrico.
Letabitur iustus in domino et
sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde
V. Exaudi deus oracionem meam cum deprecor a timore ini
mici eripe animam meam. Gloria. Oratio
Omnipotens sempiterne deus qui beatum hen
ricum sacerdotii dignitate ac pal
ma martirii decorasti: eius interuen
tu tribue nobis veniam peccatorum et celestium
premia gaudiorum. Per. Lectio libri sapientie.
Beatus vir qui in sapientia mo
rabitur: et qui in iusticia me
ditabitur: et in sensu cogitabit circum
spectionem dei. Cibauit illum pane vite
et intellectus et aqua sapientie salu
taris potauit illum. Et firmabitur

in illa et non flectetur; et continebit illam
et non confundetur; et exaltabit eum apud
proximos suos. Et nomine eterno hereditabit
illum dominus deus noster. R. Beatus vir
qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis
V. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum
benedicetur. Alleluya. V. Pie presul et
patrone Henrice martir inclite tue consortes
curie fac directo tramite. Secundum iohannem.
In illo t. D. y. d. s. Amen amen dico vobis:
nisi granum frumenti cadens in
terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.
Si autem mortuum fuerit: multum fructum
affert. Qui amat animam suam perdet
eam. Et qui odit animam suam in hoc
mundo: in vitam eternam custodit eam.
Si quis michi ministrat, me sequatur.
Et ubi sum ego; illic et minister meus
erit. Si quis michi ministraverit honorificabit
eum pater meus. Off. Inveni david
servum meum oleo sancto meo unxi eum manus enim

F. Hollola Kirche [illegible]

mea auxiliabitur ei et brachium meum conforta
bit eum. Secreta. M unera tibi quesumus domine
[illegible] assume et beati [illegible] marti
ris tui atque pontificis meritis adiu
uemur eius triumphus et precan
tibus gloriemur. Per. Com. Q ui mihi mi
nistrat me sequatur et ubi ego sum illic et mi
nister meus erit. Complenda. S acri mune
ris refectione quesumus domine deus noster et inter
cedente beato [illegible]
pontifice [illegible]
[illegible]
[illegible] tpe paschali offic. de sco [illegible]
P rotexisti me deus a conuentu malignantium
alleluia a multitudine operantium iniquita
te alleluia alleluia. V. Exaudi deus orationem meam cum
deprecor a timore inimici eripe animam meam.
Gloria patri. Alleluia. V. Pretiosa. Alleluia. V. Surrexit
pastor bonus qui posuit animam suam pro oui
bus suis et pro suo grege mori dignatus
est. Off. C onfitebuntur celi mirabilia tua